



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Stella Benedictina Sive Regula Sanctissimi Patris Nostri Benedicti**

**Meyenschein, Benedikt**

**Hildesii, 1725**

**VD18 10311831**

XXXVII. De senibus vel infantibus. Ipsa velut juvenúmque petit natura  
senúmque, Parcat utrisque rigor; frangitur inde vigor.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65028)

- o) *Juxta prudens judicium Superioris, ac Medici.*  
 p) *Id est, Cellerario ejúsque adjutoribus juxta c. 31.*  
 q) *Hoc est, ipsi imputatur.*  
 r) *Intellige, ex ipsius negligentia vel conniventia.*

16. MART. 16. JUL. 15. NOVEMB.

CAPUT XXXVII.

*De Senibus vel a infantibus.*

**L**icet ipsa natura humana trahatur ad misericordiam in his ætatibus, senum *b* videlicet & infantum *c*; tamen & *d* Regulæ authoritas eis prospiciat. Consideretur semper in eis imbecillitas, & nullatenus eis districtio *e* Regulæ teneatur in alimentis *f*; sed sit in eis *g* pia *h* consideratio, & præveniant *i* horas canonicas *l*.

a) *Sumitur copulativè pro et.*

b) *Non tam ætate annorum V. G. 50. aut 60. quàm imbecillitate, juxta considerationem*

tionem Prælati, ut rectè notant Silvester, Boërius aliique, & colligitur ex consequentibus.

c) Accipiuntur hic paulò latius pro pueris & adolescentibus usque ad annum 15. ætatis, vel juxta alios 20. & ultra, conformiter ad mox notata.

d) Hoc est, simul vel præterea; neque enim constringere hic S. P. vult naturalem compassionem, sed illam præcepto suo magis inculcare.

e) Sive rigor. Alii vitiosè legunt, distinctio.

f) Id est, in quantitate & qualitate ciborum, juxta Turrecrem. itémque in vestimentis & aliis omnibus, sinè quibus subsistere nequeunt. Ex Boërio &c.

g) Hoc est, quantum ad eos.

h) Sive benigna vel compassiva consideratio debilitatis.

i) Magis vel minùs pro arbitrio Superioris.

l) Id est, regulares seu ordinarias comestiones.

17. MART. 17. JUL. 16. NOVEMB.

CAPUT XXXVIII.

De hebdomadario Lectore.

**M**ensis a Fratrum edentium lectio deesse

esse  
arri  
lect  
grec  
fas  
bus  
spir  
sus  
tam  
ape  
tuar  
grec  
file  
sitar  
aud  
mec  
sim  
gea  
fuer  
pet  
alig  
qua  
ligr  
ne  
cto  
mix